

02 H 944





PER ILLVSTRIS
BARO.

3

**IUSTI HENNINGII
BÖHMERI
FACVLT. IVRID. DECANI,
EPISTOLA GRATV-
LATORIA.**

[Faint, mirrored text from the reverse side of the page, including the name Henningius Böhmertus.]



PER-ILLVSTRIS
BARO,



Ltera vice cathedram
ascendis, & eruditum ingrede-
ris certamen, eo illustrius ap-
pellandum, quo inusitatus ple-
risque id ipsum apparet. Ante
annum & quod excurrit, publice
ex eadem cathedra de *feudis ecclesiasticis* edifferebas,
cum omnium, qui praesentes erant, applausu. Fe-
licior hic successus TIBI ingens addebat calcar, vt
maiori

EPISTOLA GRATVLATORIA.

maiori adhuc impetu in addiscendas optimas artes rueres, & non sine sanitatis TVAE detrimento etiam id, quod studiis TVIS adhuc deesse videbatur, superadderes, perficeresque. Optime Tibi constabat, longum iter esse per campum illum, quem auspicato ingressus fueras, non sine difficultatibus scopulisque superandum. Quotidie TIBI ob oculos aliorum labores versabantur, quos in rem TVAM vertebas, simulque facile intelligebas, multum inter doctrinam *solidam & superficialiam* esse; hanc quidem non multi laboris negotium desiderare, illam vero non sine curis vigiliisque & magna mentis auiditate impetrari posse. Solidæ itaque doctrinæ TE totum dabas, & quicquid in omni studiorum genere salutare, quicquid perpolitum, & humano generi utile erat, mirifice TE delectabat, TEque adeo afficiebat, vt nihil TE ab eius penitioris consideratione & inspectione auocare & abstrahere potuerit. His tandem instructus præfidiis patrios reuifere lares & ad iter cum per-illustri studiorum Tuorum parisque industriæ & eruditionis limatæ socio L. B. de DANCKELMAN suscipiendum TE præparare intendis, vt etiam ex terris peregrinis quædam decerperes, quæ commodis Tuis inseruire possent. Denique, in quo præcipua TVA laus est, præeunte
per-

EPISTOLA GRATVLATORIA.

perillustri itineris locio, Te solennibus subiecisti
examinibus academicis, & quia suffragia totius
ordinis Ictorum tulisti, alterum examen, pu-
blicum scilicet, nunc subis, & ita quoque orna-
mentum insigne, exemplo hoc omnibus adimi-
tandum proposito, academiæ nostræ concilias.
Hi tvi egregii conatus eo magis mihi voluptati
fuerunt, quo intimiori amicitia tva per omne tem-
pus, quo in hac musarum sede literis incubuisti,
perfrui potuerim. Ferreus itaque essem, & in
leges officiorum admodum peccarem, nisi &
TIBI, ILLUSTRIS BARO, ex animo applau-
derem, & simul PERILLVSTRI PARENTI
TVO de tam dignissimo filio ea qua par est ani-
mi deuotione gratularer, quod vtrumque offi-
cium his codicillis efficio, meque & TIBI & PER-
ILLVSTRI PARENTI TVO de meliori com-
mendo, & tandem quæuis fausta ad iter, quod
meditaris, & TIBI, & SOCIO TVO PERIL-
LVSTRI apprecor. Dab. Halæ d. X. Oct.
MDCCXVIII.



024 944

ULB Halle 3
003 098 451








Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

IVSTI HENNINGII
BÖHMERI
FACVLT. IVRID. DECANI,
EPISTOLA GRATV-
LATORIA.